32
246

DE NICOLAO LVDOVISIO, ET ISABELLA GESVALDA VENVSIAE PRINCIPP. CORONA NVPTIALIS EX VIRGILIO.

34.6.F.14

F. Io. Baptiſta Spadio à Florentia Lectore Theologo Ord. Præd. Authore.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

247

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. D.

LVDOVICO

LVDOVISIO

S. R. E. CARDINALI,

Bononienſiq; Archiepiſcopo.

F. Io. Baptiſta Spadius. S. P. D.

EX interiore ſuarum tenebrarum quaſi ſpecu, Cardinalis Ampliſsime, exaudierunt Muſæ meæ plauſus, & tanquam prænuncium fulgur proſpexerunt ſollemnium pomparum, quæ in ſanctiſsimo iſto terrarum Orbis theatro ad Excellentiſsimi Nicolai Principis germani tui nuptias cohoneſtandas parari dicuntur. Hæ tametſi gementis turturis potius, quàm canori cycni vocem imitari videantur: tamen cum LVDOVISIANIS laudibus concinendis iamdiu ſint aſ-

Digitized by Google

ſuetæ; mirum profectò nemini videri poterit, ſi hæc paucula carmina in tantę honorem celebritatis ſiue exprimere, ſiue expromere non difficile habuerint. Intuere, Cardinalis Ampliſsime, hoc quidquid eſt ſcriptionis ea frontis, & animi hilaritate, qua Idyllium tibi ab ijſdem concinnatum ſuperiore anno excepiſti, mihique tuæ Amplitudinis ſtudioſiſsimo clientulo aliquem inter homines apud te gratioſos locum reperiri libenter patere. Hoc ſi mihi, quemadmodum incredibili humanitate tua fretus fore ſpero, contigiſſe intellexero, Deum Opt. Max. vt nouam iſtam coniunctionem LVDOVISIANAE domus gloriam, ſplendorem, felicitatem, & ad multos annos propagationem eſſe velit, aſsiduis precibus exorabo. Vale. Placentiæ. Kal. Nouembris. MDCXXII.

Digitized by Google

DE

NICOLAO LVDOVISIO,

ET

ISABELLA GESVALDA

VENVSIAE PRINCIPP.

CORONA

NVPTIALIS.

Ae. 7. *PANDITE nunc Helicona, Deae, cantuſque mouete.*
Ae. 6. *Magnanimi HEROIS praeclara à ſtirpe deorum.* Ge. 4. Nicolai Ludouiſij.
Ae. 5. *(Quem genuit primos Lucinae experta labores,* Ge. 4.
Ae. 1. *Os, humeroſque deae ſimilis LAVINIA, coniux* Ae. 6.
Ae. 11. *ORATI, haud vlli veterum virtute ſecundi)* Ae. 11.
Ae. 11. *VIRGINIS & forma inſignis, viridique iuuenta,* Ae. 5. Iſabellae Geſualdae Venuſiae Principis.
Ae. 8. *(Quam VENVSINORVM gentes, Saturnia regna,* Ae. 11.
Ae. 10. *Agnoſcunt longè regem, dominamque potentem)* Ae. 3.
Cir. *CONIVGIVM carum mecum celebrate fauentes.* Ae. 1.
Ae. 4. *Sed quis erit modus? aut quò prima exordia ſumam?* Ae. 4.
Ge. 1. *Ingens, & mirus rerum mihi naſcitur ordo.* Ae. 7.
Ae. 10. *Tu, PRINCEPS venerande, meis allabere coeptis,* Culic.
Ge. 1. *Da facilem curſum, coeptis atque annue ELISA,* Ae. 4.
Ae. 9. *Excelſi Heroes nati melioribus annis.* Ae. 6.

Ex-

Digitized by Google

Ae. 9. *Excelſi Heroes nati melioribus annis,* *Ae.* 6.
Ae. 10. *Egregij Vates, & Phoebo digna locuti,* *Ae.* 6.
Ae. 8. *Seruauere diem, quae vos, clariſſima mundi* Ge. 1.
Ec. 4. *Cara deùm ſoboles, ſub luminis edidit auras.* *Ae.* 7.
Nuptiarum hieroglyfica. Ge. 1. *Tum Cornix: niuei liquida inter nubila cycni* *Ae.* 7.
Ae. 1. *Et coetu cinxere polum: geminaeq; Columbae:* *Ae.* 6.
Ae. 9. *Viſus ab Aurora caelum tranſcurrere fulgor:* *Ae.* 8.
Ge. 4. *Palmaque: miſſa manu ſonitum dedit Haſta per auras:* *Ae.* 11.
Ae. 5. *Ardentes dare viſa faces & pronuba Iuno:* *Ae.* 4.
Ae. 2. *Stella facem ducens multa cum luce cucurrit:*
Ec. 7. *Iuppiter & laeto deſcendit plurimus imbri.*
Ae. 6. *Prodigijs acti his pueri, innuptaeque puellae,* Ge. 4.
Ae. 3. *Certatim feſta velati fronde per vrbem* *Ae.* 2.
Ec. 5. *Ipſi laetitia voces, cantuſque dedere.* *Ae.* 1.

Ec. 5. *Ipſi laetitia voces, cantuſque dedere* *Ae.* 1.
Venuſia .n. *Ae.* 8. *Extremique homines Rheni; gens Dannia bello,* *Ae.* 8.
Dauniorum *Ae.* 11. *Inſignes longè, & diuina Palladis arte,* *Ae.* 2.
Appulorum Ciuitas. *Ae.* 11. *(Monſtrat amor verus patriae) vt videre vicisſim* *Ec.* 3.
Ae. 6. *Egregium inter vos monimentum, & pignus amoris.* *Ae.* 5.
Ae. 9. *Macte noua virtute, animo gratiſsime noſtro,* *Ae.* 12.
Iſabellae. *Ae.* 4. *Quis tibi tunc ſenſus cernenti lumen amatae* *Ae.* 7.
Ae. 10. *Stare procul campis, quos multa flauus arena* *Ae.* 7.
Ae. 3. *Humectat Tybris, caelo gratiſsimus amnis?* *Ae.* 8.
Ae. 4. *Quoſue dabas gemitus? fundebas pectore queſtus?* *Ae.* 5.
Cir. *Virginis inſolito magnae labefactus amore* *Ae.* 4.
Ge. 3. *Tempore, quo terris animalia ſomnus habebat,* *Ae.* 3.
Ae. 9. *Tu tamen obnixus curam ſub corde premebas,* *Ae.* 4.
Ae. 9. *Multa dabat placidam membris nec cura quietem.* *Ae.* 4.

Multa

Digitized by Google

Ae. 9.	Multa dabat placidam membris nec cura quietem :	Ae. 4.
Ae. 3.	Virginei haerebant infixi pectore vultus,	Ae. 4.
Ae. 12.	Ardentes oculorum orbes, moreſque, manusque.	Ae. 6.
Ae. 11.	Ante oculos interque manus latè ibat imago	Ae. 8.
Ge. 1.	Dilectae; pictura animum paſcebat inanis.	Ae. 1.
Ec. 3	O quoties, & quae praeſcripſit pagina nomen?	Ec. 6.
Ae. 4.	Illa tuos denſos Diuae numerabat amores,	Ge. 4.
Ge. 4.	Quoque modo poſſes tantos finire dolores.	Ae. 12.
Ae. 3.	Dona dehinc auro grauia, ſectoque elephanto;	
Ae. 1.	Baccatum, & duplex gemmis auroque monile,	Ae. 1.
Ae. 12.	Nuncius & pallam ſignis, auroque rigentem	Ae. 1.
Ae. 4.	Detulit, & textum croceo velamen acantho.	Ae. 1.
Ge. 3.	Dulcibus illa quidem illecebris, & ſaucia cura	Ae. 4.
Ae. 12.	Stabat, acerba fremens, longumque bibebat amorem.	Ae. 1.

Ae. 12.	Stabat, acerba fremens, longumque bibebat amorem	Ae. 1.	
Ae. 1.	Virginis os, habitumque gerens innupta Puella.	Ae. 2.	Iſabella.
Ae. 2.	Hei mihi qualis erat! miſerae quod munus amanti!	Ae. 4.	
Ae. 6.	Egregium forma Iuuenem flens ipſa videbat	Ae. 2.	Nicolaum.
Ae. 7.	Abſentem; pulcro Iuueniſque ardebat amore.	Ae. 8.	
Ae. 3.	Et picturatos vultus, placidoſque, quietos	Ae. 5.	
Ae. 6.	(Quos Iuuenis, magnum ſperans fore munus amanti,	Ae. 6.	
Ae. 5.	Eſſe ſui dederat monimentum, & pignus amoris)		
Ge. 4.	Ardentes oculos, praeſentiaque ora videbat;	Ae. 3.	
Ae. 6.	Nec vidiſſe ſemel ſat ei, ardebatque tuendo.	Ae. 1.	
Ae. 3.	Mandebat tepidos artus, & flamma medullas	Ae. 4.	
Ge. 2.	Molles: viuebat tacitum ſub pectore vulnus.	Ae. 4.	
Ec. 10.	Interea ſolyſque notas, & nomina mandans,	Ae. 3.	
Ae. 12.	Egregium Iuuenem magno inflammauit amore.	Ae. 3.	

Egre-

Digitized by Google

	Ae. 12.	*Egregium Iuuenem magno inflammauit amore*	*Ae.* 3.
Iſabella.	*Cir.*	*Cara Iouis ſoboles, & pulcro pectore Virgo:*	*Ae.* 3.
	Ae 7.	*Nam poſtquam nota acceſsit regione viarum*	*Ae.* 2.
	Ae. 11.	*Nuntius, & Iuueni multùm felicis amatae*	*Ae.* 7.
	Ae. 1.	*Arte laboratum pro miſſo munere donum;*	*Ae.* 5.
	Ae. 9	*Multa dedit mandata; ſibi, rebuſque ſalutem;*	*Ae.* 12.
	Ae. 3.	*Quaecunque in folijs ſcripſit: ſecurus amorum*	*Ae.* 1.
	Cir.	*Virginis, is praeter ſolitum dulcedine laetus,*	*Ge.* 1.
	Ae. 7.	*Intentos voluens oculos foliumque pependit;*	*Ae.* 8.
	Ae. 1.	*Oſcula libauit; oculos per ſingula voluit;*	*Ae.* 8.
	Ae. 1.	*Suſcepitque ignem folijs, notusque medullas*	*Ae.* 8.
	Ae. 8.	*Intrauit calor, & labefacta per oſſa cucurrit.*	
	Ae. 4.	*Vritur infelix; gemitus dat pectore ab imo,*	*Ae.* 1.
	Ae. 6.	*Noctes, atque dies abſentem auditque, videtque.*	*Ae.* 4.

Ae. 6.	*Noctes, atque dies abſentem auditque, videtque;*	*Ae.* 4.
Ge. 3.	*Stare loco neſcit, premit altum corde dolorem;*	*Ae.* 1.
Ge. 2.	*Triſtia nec dulci declinat lumina ſomno;*	*Ae.* 4.
Ae. 9.	*Langueſcit moriens: pendet narrantis ab ore*	*Ae.* 4.
Ae. 4.	*Et crines flauos, & membra decora Puellae:*	*Ec.* 10.
Ec. 6.	*Et ſaepe bis moeſtis latè loca queſtibus implet:*	*Ge.* 4.
Ae. 6.	*O Virgo, noua mi facies, mea ſola voluptas,*	*Ae.* 8.
Ae. 11.	*Cara mihi ante alias, quae cauſa indigna ſerenum*	*Ae.* 2.
Ae. 10.	*Occupat os, faciemq́; & membra decora iuuentae?*	*Ae.* 4.
Ae. 6.	*Dic, Virgo, quis te noſtris complexibus arcet?*	*Ae.* 5.
Ae. 6.	*Hic, crudelis amor, cur dextrae iungere dextram*	*Ae.* 1.
Ae. 1.	*Non datur, & veras audire, & reddere voces?*	
Ae. 4.	*Teſtor, cara, deos, & conſcia numina veri,*	*Ae.* 2.
Ae. 4.	*Perficere eſt animus, quae ritè incoepta paraui.*	*Ae.* 4.

Perſi-

Ae. 4.	*Perficere eſt animus quae ritè incoepta paraui*	Ae. 4.
Ae 12.	*Quo res cunque cadent; tua ſi mihi certa voluntas,*	Ae. 4.
Ae. 1.	*Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo.*	
Ae. 4	*Hic Hymenaeus erit. Laurentem attingere Tybrim*	Ae. 5.
Ae. 4.	*Si te perteſum eſt, veniam quocunque vocaris;*	Ec. 3.
Ae. 9.	*Nec mea iam mutata loco ſententia cedet:*	Ae. 7.
Ae. 2.	*O dulcis Coniux, tuus, ò regina, quid optes*	Ae. 1.
Ae. 1.	*Explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.*	
Cir. 1.	*Et mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,*	Ae. 4.
Ge. 1.	*Aut pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,*	Ae. 4.
Ae. 9.	*Nigrantes vmbras Erebi, noctemque profundam,*	Ae. 4.
Ae. 1.	*Cana fides quàm te violem, aut tua iura reſoluam.*	Ae. 4.
Ae. 4.	*Tantas ille ſuo rumpebat pectore voces,*	Ae. 2.
Ae. 4.	*Inuiſum quaerens quamprimum cernere lumen.*	Ae. 2.

Ae. 4.	*Inuiſum quaerens quamprimum cernere lumen*	Ae. 2.	
Ae. 5.	*Nunc hos, nunc illos & adit de ſtirpe parentum;*	Ae. 3.	
Ae. 3.	*Exorat pacem, finemque imponere curis.*	Ae. 4.	
Ae. 4.	*Quem ſimul ac tali perſenſit mente teneri*	Ae. 3.	
Ae. 6.	*Felix prole virûm Mater, pulcherrima viſu,*	Ae. 11.	Lauinia:
Ae. 4.	*Decreuit miſereri animi non digna ferentis.*	Ae. 2.	
Ae. 4.	*Idem omnes ſimul ardor habet: primūq; Parentem,*	Ae. 3.	Horatium:
Ae. 1.	*Inſignem pietate virum: Fratremque ſuperbum,*	Ae. 9.	Ludouicum
Ge. 2.	*Eſt cui picta croco, & fulgenti murice veſtis:*	Ae. 9.	Cardinalem
Ae. 2.	*Et ſedet hoc animo Patrui, dominique potentis,*	Ae. 6.	Gregor. XV.
Ae. 2.	*Paſtoris magni, caeli cui ſydera parent,*	Ae. 10.	
Ge. 1.	*Terrarumque Orbis, Capitolia celſa tenentis.*	Ae. 8.	
Ge. 3.	*Ergo omni ſtudio thalami, tedaeque morantur:*	Ae. 7.	
Ae. 2.	*Accingunt omnes operi, digniſque hymenaeis.*	Ae. 11.	

Ae. 2.	Accingunt omnes operi, digniſque hymenaeis,	Ae. 11.
Ae. 9.	Laetitiaque fremunt, animoſque ad ſydera iactant.	Ae. 2.
Ge. 1.	Libra die ſomnique pares iam fecerat horas,	
Ec. 3.	Cum varios ponit foetus Autumnus, & alìè	Ge. 2.
Ge. 2.	Mitis in apricis coquitur vindemia campis.	Ge. 1.
Ae. 7.	Haud mora feſtinant iuſſas attollere moles,	Ae. 1.
Ae. 2.	Aurataſque trabes; alÿ immaneſque columnas,	Ae. 1.
Ae. 1.	Effigies diuûm, veloque educere certant.	Ae. 6.
Ae. 1.	Pars aptare locos, portas praebere patentes:	Ae. 9.
Ae. 10.	Facta patrum, laudes, veterum decora alta parentum,	Ae. 2.
Ae. 3.	Poſtibus aduerſis figunt, & fornice ſaxi:	Ae. 10.
Ae. 1.	Artificumque manus opera ad fabrilia ſurgunt.	Ae. 8.
Ae. 8.	Parte alia plauſuque volat, fremituque ſecundo	Ae. 5.
Ge. 4.	Parthenope, inſignis fama, & felicibus armis.	Ae. 7.

	Ge. 4.	Parthenope inſignis fama, & felicibus armis,	Ae. 7.
	Ae. 1.	Terra antiqua, potens, quae incenſum pectus amore	Ae. 3.
	Ae. 11.	Coniugium optarat pulcrum, iuſtoſque hymenaeos,	Ge. 3.
	Ae. 12.	Laetitia exultans animos ad ſydera tollit.	Ae. 9.
Card. Zapata Neapolitani Regni Prorex.	Ae. 5.	Ipſe Gubernator Tyrio conſpectus in oſtro,	Ge. 3.
	Ae. 6.	Mißus in imperium magnum ſebethide Nympha,	Ae. 7.
	Ae. 1.	Ingeminat plauſum; atque in coetum littore ab omni	Ae. 5.
	Ge. 4.	Eligit ille viros, qui ſic comitentur euntem	Ae. 6.
	Ae. 7.	Tyrrhenum ad Tybrim praeſtanti corpore Nympham.	Ae. 1.
Philippus IV Hiſpan. Rex.	Ae. 7.	Rex genus egregium, ferrugine clarus Ibera,	Ae. 9.
	Ae. 12.	Cui genus à proauis ingens, clarumque Philippi	Ge. 1.
	Ae. 7.	Nomen ineſt, iuuenem praeſtanti munere donat.	Ae. 5.
	Ae. 7.	Et conſanguineùm nil magnae laudis egentum	Ae. 5.
	Ae. 5.	Gaudia pertentant mentem: Iouis omnia plena.	Ec. 3.

Gau-

251

Ae. 5. Gaudia pertentant mentem: Iouis omnia plena, Ec. 3.
Ae. 10. Quandoquidem incipiunt magni procedere menſis Ec. 4.
Ae. 10. Matura iam luce dies, & tempora certa Ge. 4.
Ae. 4. Connubij. Praemiſsi equites ex urbe Latina Ae. 9.
Ae. 12. Iamque aderant; magno laeti clamore reportant Ge. 3.
Ae. 7. Aduentare viros, Nymphamque in nauibus eſſe, Ae. 10. Iſabellam
Ge. 4. Magnanimoſq; Duces, optato Tybridis alueo, Ae. 7.
Ae. 5. Agmine remorum terreque aduertere proras. Ae. 7.
Ae. 6. Ergo iter incoeptum peragunt, ripeque propinquant. Ae. 6.
Ae. 5. Interea turba ad ripas effuſa ruebat, Ae. 6.
Ge. 4. Matres, atque viri, pueri, innuptaeq; puellae. Ae. 6.
Ae. 2. Panduntur portae, iuuat ire ad fluminis vndam; Ae. 3.
Ge. 4. Subſequitur nimbus peditum, clypeataque totis Ae. 7.
Ae. 12. Agmina ſe fundunt portis, ferit aethera clamor. Ae. 5.

Ae. 12. Agmina ſe fundunt portis, ferit aethera clamor; Ae. 5.
Ae. 1. Romanuſque ruit varijs exercitus armis, Ae. 12.
Ec. 3. Non ſecus inſtructi ferro, quàm ſi aſpera Martis Ae. 12.
Ae. 10. Bella vocent: nec non medijs in millibus ipſi Ae. 12.
Ae. 12. Ductores auro volitant, oſtroque ſuperbi; Ge. 3.
Culic. Heroes longè effulgent, oſtroq; decori. Ae. 5.
Ae. 8. Flos veterũ, virtuſq; virûm hic & Heratia virtus Culic. Horatius Ledoniſius.
Ae. 5. Eſt pater ipſe manu magna de ſanguine gentis: Ae. 5.
Ae. 9. Altius ingreditur, multis cum millibus Heros Ae. 5.
Ae. 11. Fertur equo (is bicolor maculis, veſtigia primi Ae. 5.
Ae. 5. Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam)
Ae. 11. Inſultat, fuluum mandit ſub dentibus aurum. Ae. 7.
Ae. 10. Tot lecti proceres, genus alto à ſanguine diuûm, Ae. 5.
Ae. 5. Fraenatis lucent in equis dulcedine laeti. Ge. 4.

Digitized by Google

Ae. 5.	*Fraenatis lucent in equis dulcedine laeti,*	*Ge. 4.*
Ae. 7.	*Inſtratiſque oſtro, primaeuo flore iuuentus.*	*Ae. 7.*
Ae. 5.	*Incedunt pueri pariterq; ante ora parentum:*	
Ae. 10.	*Tollit ſe arrectum quadrupes, & calcibus auras*	
Ae. 9.	*Verberat, atq; putrem. ſonitu quatit vngula campum.*	*Ae. 8.*
Ae. 12.	*Quadriiugo vehitur curru Lauinia mater,*	*Ae. 12.*
Ge. 4.	*Et circum picto: qualis Berecynthia mater*	*Ae. 6.*
Ae. 3.	*Prouehitur curru Phrygias turrita per vrbes.*	*Ae. 6.*
Ae. 10.	*(Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurum,*	
Ec. 9.	*Vel collo decus, aut capiti: vel quale per artem*	*Ae. 10.*
Ae. 3.	*Impoſitum buxo, aut Oricia terebintho*	*Ae. 10.*
Ae. 11.	*Fulget ebur) fuſos ceruix cui lactea crines*	*Ae. 10.*
Ae. 7.	*Aſpicit, & molli ſubnectit circulus auro.*	*Ae. 10.*
Ae. 7.	*Ibat & Hippolyte proles pulcherrima ſecum.*	*Ae. 11.*

Hippolyta Nicolai ſoror.	*Ae. 7.*	*Ibat & Hippolyte proles pulcherrima ſecum:*	*Ae. 11.*
	Ae. 8.	*Aurea caeſaries olli; ſtatque aurea veſtis*	
Olimpia Aldobrandina.	*Ae. 4.*	*Demiſſa ex humeris, diues quę munera Olympia*	*Ae. 10.*
	Ae. 5.	*Ferre ſui dederat monimentum: it pectore ſummo*	*Ae. 5.*
	Ae. 5.	*Flexilis obtorti per collum circulus auri.*	
Nicolaus.	*Ae. 7.*	*Ipſe inter primos praeſtanti corpore Princeps,*	*Ae. 12.*
	Ae. 9.	*Ora puer prima ſignans intenſa iuuenta,*	
	Ae. 10.	*Totus collucens veſte, atq; inſignibus aureis,*	*Ae. 5.*
	Ae. 11.	*Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigans,*	*Ge. 1.*
	Ae. 7.	*Semine ab aetherio ſpirantem naribus ignem,*	
	Ae. 1.	*Purpureo altè inſtratum oſtro, pictiſq; tapetis,*	*Ae. 7.*
	Ae. 10.	*Cuius olorinae ſurgunt de vertice pennae,*	
	Ae. 7.	*Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,*	
	Ae. 1.	*Incedit magna iuuenum comitante caterua.*	*Ae. 2.*

Incedit

Ae.	1.	*Incedit magna iuuenum comitante caterua*	Ae. 2.
Ae.	5.	*Princeps ante omnes, cui verſat in oſſibus ignem*	Ge. 3. Nicolaus.
Ec.	8.	*Improbus ille puer, Veneris iuſtiſſima cura,*	Ae. 10.
Ae.	12.	*Feruidus ille puer, quem nec ſua flectere mater*	Cir.
Cir.		*Iratum potuit, qui tela Typhoea temnit.*	Ae. 1.
Ae.	8.	*Saeuus amor miſeros morſu depaſcitur artus.*	Ae. 2.
Ae.	4.	*Ardet amans, noſcit veteris veſtigia flammae;*	Ae. 4.
Ae.	11.	*Vulneris impatiens; ſtridet ſub pectore vulnus;*	Ae. 4.
Ae.	12.	*Promiſſam requiemque petit, ſpatiumque furori.*	Ae. 4.
Ge.	3.	*Tum verò ardentes oculos ad littora torquet,*	Ae. 5.
Ec.	6.	*Si quà forte ferat oculis ſeſe obuia Coniux.*	Ae. 2.
Ae.	2.	*Ecce autem Coniux fama ſuper aethera nota,*	Ae. 6.
Ae.	8.	*Expectata ſolo, caelo, cunctiſque Latinis,*	Ae. 11.
Ae.	4.	*Tandem progreditur magna ſtipante corona.*	Ae. 3.

Ae.	4.	*Tandem progreditur magna ſtipante corona*	Ae. 3.
Ae.	9.	*Dijs genita, & genitura deos, pulcherrima proles,*	Ae. 6.
Ae.	7.	*Iam matura viro, iam plenis nubilis annis:*	
Ae.	1.	*Qualis in Eurotae ripis Latonia Virgo*	Ae. 11.
Ae.	1.	*Exercet Diana choros, quam mille ſequentes*	Ec. 3.
Ae.	1.	*Hinc, atque hinc glomerantur Oreades, ipſa pharetrã*	Ae. 7.
Ae.	11.	*Portat ouans, gradienſque deas ſupereminet omnes:*	Ae. 1.
Ge.	1.	*Lucinae tacitum pertentant gaudia pectus.*	Ae. 1.
Ae.	2.	*Caelicolis & quanta ſolet, qualiſque videri*	Ae. 2.
Ae.	10.	*Idaliae aetherios inter dea candida nimbos:*	Ae. 8.
Ae.	11.	*Virgo talis erat, talem ſe laeta ferebat*	Ae. 1.
Ae.	1.	*Per medios. aurei crines nodantur in aurum.*	Ae. 4.
Ae.	2.	*Induitur veſtes oſtroque, auroque rigentes,*	Ae. 11.
Ae.	9.	*Purpuream picto chlamydem circundata limbo.*	Ae. 4.

Purpu-

Digitized by Google

	Ae. 9.	*Purpuream picto chlamydem circundata limbo*	*Ae.* 4.
	Ae. 3.	*Progreditur magna matrum regina caterua.*	*Ae.* 11.
Nicolaus.	*Ae.* 11.	*Tum Princeps, animum incenſus venientis amore,*	*Ae.* 6.
	Ae. 2.	*Primus ibi ante omnes, medijs in millibus ardens,*	*Ae.* 1.
	Ge. 1.	*Continuò (quem tota cohors imitata) relictis*	*Ae.* 11.
	Ae. 11.	*Ad terram defluxit equis, nitiduſq; iuuenta:*	*Ge.* 3.
	Ae. 8.	*Qualis vbi Oceani perfuſus Lucifer vnda*	
	Ae. 8.	*Extulit os ſacrum caelo, ſic ora ferebat*	*Ae.* 3.
	Ae. 8.	*In medio is chlamyde, & picto conſpectus in oſtro.*	*Ge.* 2.
	Ae. 12.	*Illum turbat amor, figitque in Virgine vultum:*	*Ae.* 1.
	Ae. 8.	*Miratur facileſque oculos, & regia amatae*	*Ae.* 9.
	Ae. 6.	*Ora, manuſque ambas, mediam inter tempora frontem*	*Ae.* 9.
	Ae. 7.	*Inſignem gemmis: qualis cum caerula nubes*	*Ae.* 8.
	Ae. 8.	*Solis inardeſcit radijs, longèque refulget.*	

	Ae. 8.	*Solis inardeſcit radijs, longèque refulget*	
	Ae. 5.	*Progenies auctura Italas, fata ſanguine diuùm,*	*Ae.* 6.
	Ae. 10.	*Syderùs perfuſa genas, cui plurimus ignem*	*Ae.* 12.
	Ae. 7.	*Suppoſuit rubor, & calefacta per ora cucurrit.*	*Ae.* 12.
	Ae. 5.	*Album ſanguineo veluti violauerit oſtro*	*Ae.* 12.
	Ae. 12.	*Si quis ebur, vel miſta rubent vbi lilia molli*	*Ae.* 2.
	Ae. 12.	*Alba roſa: tales Virgo dabat ore colores.*	
Nicolaus.	*Ae.* 10.	*Maximus at Princeps media inter numina Diuam*	*Ae.* 4.
	Ae. 6.	*Vt primùm iuxta ſtetit, agnouitque, prehenſam*	*Ae.* 2.
Iſabellam.	*Ae.* 10.	*Continuit Iuuenemq; animo, dextraque coruſcam;*	*Ae.* 2.
	Ae. 8.	*Optatos dedit amplexus. nec plura moratus,*	*Ae.* 5.
	Ae. 12.	*Nudato capite haec roſeo ſuper addidit ore:*	*Ae.* 2.
	Ae. 8.	*Salue vera Iouis proles, mea maxima cura,*	*Ae.* 1.
	Ae. 6.	*Veniſti tandem magnam Mauortis ad vrbem.*	*Ae.* 6.

Veniſti

253

Ae. 6. *Veniſti tandem magnam Mauortis ad vrbem,* Ae. 6.
Ae. 3. *O felix vna ante alias Virgo, inclyta famae* Ae. 2.
Ae. 1. *Acceſti tandem tuque expectata Parenti* Ae. 6.
Ae. 1. *Romano, rerum domino. datur ora tueri,* Ae. 6.
Ae. 11. *O Virgo, atque tuas audire, & reddere voces.* Ae. 6.
Ec. 7. *Hoc equidem ducebam animo, rebarque futurum* Ae. 6.
Ge. 1. *Horas dinumerans, nec me mea cura feſellit.* Ae. 6.
Ge. 4. *Ipſe caua ſolans aegrum teſtudine amorem,*
Ge. 4. *Te veniente die, te decedente canebam.* Ge. 4.
Ae. 8. *Nunc liceat triſtes animo deponere curas.* Ge. 4.
Ec. 5. *Sis felix, teque amplexu ne ſubtrahe noſtro;* Ae. 6.
Ae. 4. *Dijs equidem auſpicibus media teſtudine templi* Ae. 1.
Ge. 4. *Te, dulcis Coniux, mihi te, dum vita manebit,* Ae. 5.
Ae. 4. *Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo.*

Ae. 4. *Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo,*
Ae. 8. *O ſata gente deûm, quod tota mente petiui* Ae. 4.
Ae. 5. *Iamdudum, & fruſtra (dederit caſuſue, Deuſue)* Culic.
Ae. 5. *Nunc quoque, mẽs eadẽ perſtat mihi: maximus orbis* Ge. 1.
Ae. 5. *Ipſe gubernacli Rector; dupliceſque parentes* Ae. 7. Gregor. XV.
Ec. 2. *Te natam genere egregio, dignoſque hymenaeos* Ae. 11.
Ae. 9. *Expoſcunt: noſtris ſuccede penatibus hoſpes:* Ae. 8.
Ge. 1. *Ingredere, & votis adſis nunc diua ſecundis.* Ae. 10.
Ae. 6. *Nec plura his: illa os mirans, oculoſq; loquentis* Ae. 8.
Ec. 2. *Iampridem, & totum luſtrabat lumine corpus.* Ae. 8.
Ae. 8. *Tunc ſic pauca refert: vt te, pulcherrime Coniux,* Ae. 10.
Ae. 8. *Accipio, agnoſcoque libens! vt ſim tua Coniux* Ae. 10.
Ae. 8. *Acceſſi cupiens dextrae coniungere dextram;* Ae. 8.
Ae. 3. *Acceſſi vt pulcra faciam te prole parentem.* Ae. 1.

Acceſſi

Digitized by Google

Ae. 3.	Acceſſi vt pulcra faciam te prole parentem;	Ae. 1.
Ec. 2.	Quem pater ipſe ſuo ſuperûm iam ſignat honore.	Ae. 6.
Ae. 7.	Multi me magni è diuerſis partibus orbis	Ae. 12.
Ae. 7.	Et petiere ſibi, & voluere adiungere nuptam,	Ge. 4.
Ae. 11.	Optauere nurum ſummo certamine matres,	Ae. 11.
Ge. 1.	Sed tua me virtus, & ſancta oracula diuûm,	Ae. 8.
Ae. 8.	Cognatique patres, tua didita fama per orbem,	Ge. 1.
Ae. 8.	Coniunxere tibi: haud equidem me dignor honore	Ae. 1.
Ae. 4.	Coniugij, vt tali liceat ſeruire marito.	Ae. 4.
Ge. 1.	Et quamuis (neque enim credo ſine numine diuûm)	Ae. 6.
Cir.	Dicta tibi illa ego ſim ſacrato foedere coniux;	Cir.
Ec. 6.	Tu me inter comites, ancillarumq; cateruas,	Cir.
Ae. 12.	Fac alias inter famularum munere fungi:	Cir.
Ae. 4.	Iuſſa ſequar quocunque dabunt ſe tempore vires.	Ae. 4.

Ae. 4.	Iuſſa ſequar quocunque dabunt ſe tempore vires,	Ae. 4.
Cir.	Coniugis atque tuae (quaecunque erit illa) decorae	Ae. 5.
Ae. 7.	Vel mare per medium ſeruitum matribus ibo.	Ae. 2.
Ae. 4.	Dixerat. huic paucis reſponſum ita reddidit Heros:	Ae. 6.
Ae. 7.	Tu regina mihi, atque eadem gratiſſima coniux,	Ae. 10.
Ae. 11.	Semper eris mea tu, dum ſpiritus hos reget artus:	Ae. 4.
Ec. 5.	Tu maior, tibi me eſt aequum parere minorem.	Ae. 9.
Ae. 1.	Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit,	
Ae. 12.	Has inter voces, media inter talia verba,	
Ae. 12.	Flagrantes perfuſa genas Lauinia venit	Ae. 1.
Ae. 3.	Cum ſocijs, magna matrum, comitumque caterua.	Cir.
Ae. 9.	Accipit & venientem hinc, atq; hinc diua lacertis	Ae. 8.
Ae. 8.	Cunctantem amplexu molli fouet ipſa Puellam,	Ec. 6.
Cir.	Dulcia deinde genis rorantibus oſcula figit.	Ae. 6.

Dulcia

Digitized by Google

Cir.		Dulcia deinde genis rorantibus oſcula figit,	Ae. 6.	
Ge.	3.	Longius atque ſinu Hippolyte ſacro alma recondit:	Ae. 7.	
Ae.	2.	Amplexamque tenent pariter longo ordine matres.	Ae. 2.	
Ae.	9.	Agnouere Deam proceres, atque ordine longo	Ae. 1.	Iſabellam.
Ae.	7.	Sublimes in equis laeto clamore ſalutant.	Ae. 3.	
Ge.	1.	Sed iam progreditur magna ſtipante caterua	Ae. 4.	
Ae.	1.	Virgo, deûm ſoboles, magnum Iouis incrementum:	Ec. 4.	Iſabella.
Ae.	12.	Emicat in curru flagrantes picta capillos,	Cir.	
Ec.	3.	Et niueo retinens baccata monilia collo.	Cir.	
Ge.	1.	Atque caput Princeps illam detectus honeſtum,	Ae. 10.	Nicolaus.
Ae.	12.	Deſuper altus equo latè candore niuali,	Ae. 3.	
Ae.	12.	Ipſe inter primos dextra, quem mille ſecuti,	Ae. 1.	
Ae.	1.	Poſt alij proceres ſocij, comitantur ouantes,	Ge. 1.	
Ge.	1.	Nec non laetitia voces ad ſydera iactant.	Ec. 5.	

Ge.	1.	Nec non laetitia voces ad ſydera iactant	Ec. 5.	
Ae.	6.	Matres, atque viri: atque agris effuſa iuuentus	Ae. 7.	
Ae.	7.	Attonitis inhians animis proſpectat euntem.	Ae. 7.	
Ae.	2.	Vndique viſendi ſtudio Romana propago,	Ae. 6.	
Ae.	2.	Circumfuſa ruit: tota diſcurritur vrbe.	Ae. 11.	
Ae.	5.	Tum plauſu, fremituque virûm puerile paratum	Ae. 5.	
Ae.	5.	Agmen, habens pictum croceo velamen acantho,	Ae. 1.	
Ae.	4.	Candenti lucens veſte, atque inſignibus albis,	Ae. 10.	
Ae.	8.	Paciferaeque manu ramum viuacis oliuae	Ge. 2.	
Ae.	4.	Praetendens, ſacra redimitus tempora lauro,	Ae. 3.	
Ae.	11.	Occurrit portis Reginae, & talibus inſit:	Ae. 10.	Iſabellae.
Ae.	11.	O decus Italiae Virgo de gente deorum	Ae. 11.	
Ge.	4.	Magnanimûm Heroum, quos non virtutis egentes	Ae. 11.	
Ae.	4.	Excepit ſolio ſtellantis regia caeli.	Ae. 7.	

Ae. 4. *Excepit ſolio ſtellantis regia caeli* — *Ae.* 7.
Ae. 1. *Egregiam, & facilem victu per ſaecula gentem,* — [illegible]
Ae. 5. *Vnde genus ducis: tot iam labentibus annis* — *Ae.* 2.
Ge. 1. *Progeniem late regem, belloque ſuperbam,* — *Ae.* 1.
Ae. 6. *Sublimes animas pariter pietate, vel armis,* — *Ae.* 6.
Ae. 6. *Omnes caelicolas, omnes ſupera alta tenentes;*
Ae. 5. *Rectores quondam populis, terriſque ſuperbos:* — *Ae.* 2.
Ae. 1. *Ductores animis ingentes, corpore, & armis:* — *Ae.* 11.
Ae. 10. *Expertos belli iuuenes ad ſydera notos:* — *Ec.* 5.
Ae. 7. *Centum oratores antiquae laudis, & artis:* — *Ge.* 2.
Ec. 1. *Paſtores ouium, Stellis ardentibus aptos:* — *Ae.* 6.
Ae. 2. *Relligione patres multos, oſtroque ſuperbos.* — *Ae.* 1.
Ae. 11. *O decus Italiae Virgo, de gente deorum,* — *Ae.* 11.
Ae. 2. *Expectata venis caeli de parte ſerena.* — *Ae.* 9.

Ae. 2. *Expectata venis caeli de parte ſerena,* — *Ae.* 9.
Ae. 6. *Parthenopes croceum linquens Aurora cubile,* — Ge. 1.
Ae. 12. *Puniceis inuecta rotis, roſeiſque quadrigis.* — *Ae.* 6.
Ec. 8. *Effers os ſacrum caelo, tenebraſque reſoluis;* — *Ae.* 8.
Ae. 4. *Inſtauraſque diem miſeris mortalibus almum.* — *Ae.* 11.
Ec. 6. *Te nemus omne canit, te prata recentia riuis:* — *Ae.* 6.
Ec. 6. *Te matutini volucrum ſub culmine cantus;* — *Ae.* 8.
Ec. 2. *Pallentes violae, & ſuaue rubens hyacinthus,* — Ec. [illegible]
Ge. 4. *Narciſſi, croceis halantes floribus horti,* — Ge. 4.
Ae. 5. *Excipiunt plauſu, gaudent, laetique ſaluta[illegible]* — *Ae.* 3.
Ec. 1. *Ipſi te fontes, Nymphae venerant[illegible]* — Ge. 4.
Ge. 4. *Caeſariem effuſae nitidam per candida colla.*
Ae. 11. *O decus Italiae Virgo de gente deorum,* — *Ae.* [illegible]
Ec. 5. *Tu decus omne tuis, ſpes, & ſolatia noſtri.* — *Ae.* [illegible]

In

Ec. 5.	*Tu decus omne tuis, ſpes, & ſolatia noſtri,*	*Ae.* 8.
Ge. 4.	*Sol quoque & exoriens, vt cum ſe condat in atras*	*Ae.* 8.
Ge. 2.	*Romanum tenebras alta caligine caelum,*	*Ae.* 11.
Ge. 1.	*Collectae nubes, fugiant vaſto aethere nimbi,*	*Ae.* 5.
Ge. 3.	*Teque nouum terrae ſtupeant luceſcere ſolem.*	*Ec.* 6.
Ae. 4.	*Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrans,*	*Ge.* 1.
Ge. 2.	*Hinc omnis largo vt pubeſcat vinea foetu,*	
Ge. 2.	*Nec minus interea foetu nemus omne graueſcat,*	*Ae.* 5.
Ec. 9.	*Fundat humus flores, ſopitos ſuſcitet ignes,*	*Ae.* 5.
Ae. 2.	*Mortales ſolemque ſuum, ſua ſydera noſcant:*	*Ae.* 6.
Ae. 10.	*Progenie & certis dimenſum partibus orbem*	*Ge.* 1.
Ge. 1.	*Per duodena regat mundi ſol aureus aſtra;*	
Ae. 11.	*O decus Italiae Virgo de gente deorum,*	*Ae.* 11.
Ae. 6.	*Diceris nobis, & eris tu maxima ſemper.*	*Ae.* 8.

Ae. 6.	*Diceris nobis, & eris tu maxima ſemper*	*Ae.* 8.
Ae. 7.	*Aurora effulgens, Phoebeae lampadis inſtar.*	*Ae.* 3.
Ae. 10.	*At Iouis interea Virgo (nanque haud tibi vultus*	*Ae.* 1.
Ae. 6.	*Terrenus, nec vox hominem ſonat: o Dea certè)*	*Ae.* 1.
Ae. 1.	*Sis felix, noſtrumque leua quaecunq; laborem:*	
Ae. 9.	*Tu dea, tu praeſens propius res aſpice noſtras;*	*Ae.* 1.
Ae. 6.	*Huc geminas nunc flecte acies, hanc aſpice gentem,*	
Ae. 10.	*Quae nũc te accipiunt veniẽtẽ, atq; agmine facto*	*Ge.* 4.
Ae. 2.	*Sacra canunt, gaudentque manu contingere currũ.*	*Ge.* 3.
Ec. 5.	*Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,*	
Ec. 3.	*Atque thymo paſcentur apes, dum rore cicadae;*	*Ec.* 5.
Ae. 7.	*In mare dum fluuij current, dum montibus vmbrae*	*Ae.* 1.
Ae. 1.	*Luſtrabunt conuexa, polus dum ſydera habebit,*	*Ge.* 4.
Ec. 5.	*Semper honos, nomenque tuũ, laudeſque manebunt.*	

Ec. 5. Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt,
Ae. 11. O decus Italiae Virgo de gente deorum, *Ae. 11.*
Ae. 8. Nobis tam longè maneat pars vltima vitae, *Ec. 4.*
Ae. 1. Oramus quantum ſat erit tua dicere facta, *Ec. 4.*
Ae. 1. Non nos carminibus vincet nec Thracius Orpheus, *Ec. 4.*
Author huius operis. D. Dominici. *Ge. 3. Spadius haud, fretus cythara, fidibuſque canoris* *Ae. 6.*
Ae. 8. Vatis fatidici, cecinit qui plurima caelo *Ae. 7.*
Ae. 8. Relligione Patris, cui aperitur vertice ſydus. *Ae. 8.*
Ae. 5. Talibus auſpicijs laetum Paeana canentes *Ae. 6.*
Ae. 12. Congreſſi venientem oculis, & pectore toto, *Ae. 1.*
Ge. 3. Laudibus, & plauſu excipiunt, fremituque ſequūtur *Ae. 9.*
Ae 12. Inuictae gentes; omnis populuſque, patreſque *Ae. 9.*
Ae. 10. Agmine concurrunt dextra, laeuaque frequentes; *Ae. 6.*
Ae. 1. Fortia facta patrum memorant, nomenq; genuſque. *Ae. 10.*

Ae. 1. Fortia facta patrū memorant, nomenque, genuſque; *Ae. 10.*
Ae. 4. Multa virûm virtus animo, multuſque recurſat
Ae. 4. Gentis honos. nequeunt expleri corda tuendo *Ae. 8.*
Ae. 1. Laetitia: è muris matres oculiſq; ſequuntur *Ae. 8.*
Ae. 4. Egregiam ſponſam; caelum tonat omne tumultu. *Ae. 12.*
Ae. 8. Tum Romanae Arcis fatalis machina muris, *Ae. 2.*
Tormentum murale, vulgo, Bombarda, in Caſtro S. Angeli, *Ae. 4. (Monſtrū horrendū, ingens, memoranda inuicta magiſtri* *Ge. 4.*
Ae. 4. Germani, quo non aliud velocius vllum *Ae. 4.*
Ae. 8. Tormenti genus, & flammis armata Chimaera *Ae. 6.*
Ge. 1. Ore vomens ignes vbi ſubdita flamma medullis) *Ge. 3.*
Ae. 11. Fulminis in morem ſonitus procul aere canoro *Ae. 9.*
Ae 12 Terrificos ciet, & ſonitus imitatur Olympi. *Ae. 6.*
Nicolaū, & Iſabellam. *Ae. 1. At domus interea regalis, ſplendida, amantes* *Ae. 4.*
Ae. 3. Excipit auguſti ſubter faſtigia tecti. *Ae. 8.*

Excipit

Ae.	3. *Excipit auguſti ſubter faſtigia tecti*	Ae. 8.	
Ae.	2. *Porticibus longis foribus domus alta ſuperbis*	Ge. 2.	
Ae.	5. *Heroes, feſſoſque opibus ſolatur amicis.*	Ae. 5.	
Ec.	1. *Sed iam prima nouo ſpargebat lumine terras,*	Ae. 4.	
Ge.	3. *Nocturnamque Aurora polo dimouerat vmbram.*	Ae. 3.	
Ae.	2. *Stat portis iubare exorto delecta iuuentus.*	Ae. 4.	
Ae.	6. *Hic Dominam thalamo cunctantem ad limina primi*	Ae. 4.	Iſabellam.
Ge.	3. *Romanũm expectant: oſtroque inſignis, & auro*	Ae. 4.	
Ae.	7. *Sponſus equo gaudetque tuens ante ora frementem,*	Ae. 12.	
Ae.	10. *Multa mouens animo. Iam tandem ſepta caterua*	Cir.	
Ae.	11. *Subuehitur magna florenti corpore Nympha.*	Cir.	
Ae.	7. *Per medias vrbes agitur, proceresque ſequuntur.*	Ae. 1.	
Ae.	1. *Iamque aſcendebant Collẽ, in quo maxima quondã*	Ae. 7.	Quirinalem.
Ae.	8. *Oſſa recumbebant, victoriſque arma Quirini.*	Ge. 3.	

Ae.	8. *Oſſa recumbebant, victoriſque arma Quirini*	Ge. 3.	
Ae.	6. *Monte ſub aërio, qui nunc inſignis equorum*	Ae. 10.	
Ae.	2. *Magnis eſt ſtatuis, tectis Regiſque Latini.*	Ae. 7.	
Ae.	8. *Panditur extemplo foribus domus alta ſuperbis*	Ae. 12.	Põtificiũ Pa-
Ae.	6. *Regis Romani: centum ſublime columnis*	Ae. 7.	latiũ in Qui-
Ae.	7. *Tectum auguſtũ, ingens, aequataque machina caelo.*	Ae. 4.	rinali.
Ae.	2. *Veſtibulum ante ipſum, primoque in limine centum*	Ge. 2.	
Ae.	7. *Teutonico ritu mucrone, veruque Sabello*	Ae. 7.	
Ae.	8. *Armati circunſiſtunt ceruicibus altis*	Ae. 2.	
Ae.	1. *Germani, hinc, atque hinc aditum cuſtode coronant.*	Ae. 9.	
Ae.	8. *Progreſſi ſubeunt portarum ingentia clauſtra*	Ae. 7.	
Ae.	6. *Magnanimi Heroes. Tecti in penetralibus altis*	Ae. 7.	Nicolaus, & Iſabella.
Culic.	*Paſtor & excelſi ſolio conſedit auito,*	Ae. 7.	Gregor. xv.
Ge.	1. *Ipſe Pater, cui tanta Deo permiſſa poteſtas.*	Ae. 7.	

Ipſe

Digitized by Google

Ge. 1.	*Ipſe Pater cui tanta Deo permiſſa poteſtas,*	Ae. 7.
Ae. 7.	*Cui triplici niuea cinguntur tempora vitta,*	Ae. 6.
Ae. 1.	*Qui mare, qui terras omni ditione tuetur,*	Ae. 4.
Ae. 9.	*Excubat, & exercetque vices terraque, mariquè*	Ae. 1.
Ae. 3.	*Caelicolùm Regis, terras qui numine torquet.*	Ae. 4.
Ae. 7.	*Ipſe Quirinali trabea, cinctuque ſedebat*	Ae. 2.
Ae 12.	*Inſignis longè. Coram data copia fandi.*	Ae. 1.
Ae. 2.	*Ecce autem complexa pedes Regi ipſa Latino*	Ae. 12.
Iſabella. Ae. 12.	*Ingens ad terram duplicato poplite Virgo,*	Ae. 5.
Ae. 1.	*Oſcula libauit, fuditque has ore loquelas:*	Ae. 5.
Ae. 5.	*Salue, ſancte Parens, iterum ſalue, optime regum,*	Ae. 11.
Ae. 11.	*Quem primi colimus, cui hominum ſator, atq; deorũ*	Ae. 1.
Ae. 1.	*Imperium dedit antiquum, Sedemq; Sacratam,*	Ae. 2.
Ae. 8.	*Romanoque foro cunctis dominarier oris.*	Ae. 3.

Ae. 8.	*Romanoque foro cunctis dominarier oris*	Ae. 3.
Ge. 3.	*Iam te, ſumme Pater, voluit Rex magnus Olympi,*	Ae. 5.
Ae. 9.	*Te regere imperio populos, Chriſtique decoram*	Ae. 9.
Ae. 1.	*Progeniem antiqua ſub relligione tueri.*	Ae. 2.
Ae. 4.	*Nunc tibi, diue Parens, tibi ſeruiat vltima Thule,*	Ge. 1.
Ae. 8.	*Indomitique Daae, Rhodope; extremi Garamantes,*	Ec. 6.
Ge. 2.	*Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.*	
Ae. 2.	*Huc tandem ſupplex venio, & ſanctum mihi numen*	Ae. 8.
Ae. 12.	*Suppliciter veneror. Riſit pater optimus olli,*	Ae. 5.
Ae. 8.	*Accepitque manu, dextramque amplexus inhaeſit:*	
Ae. 4.	*Tandem pauca refert: magni Iouis aurea proles,*	Culic.
Cir.	*Sedibus ex altis caeli cariſſima nobis*	Cir.
Ge. 1.	*Expectata venis: iampridem ſanguine noſtro*	Ge. 1.
Ae. 9.	*Nota nimis pulcro veniens in corpore virtus.*	Ae. 5.

Nota

Digitized by Google

Ae. 9. *Nota nimis pulcro veniens in corpore virtus* Ae. 5.
Ge. 1. *Iampridem nobis: tua terris didita fama.* Ae. 8.
Ge. 2. *O fortunatos qui te genuere parentes!* Ae. 1.
Cir. *Felix ille dies, felix, quo te optima mater* Ae. 10.
Ae. 8. *Edidit! & qui talem annum videre, diemque!* Cir.
Ae. 4. *Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla tuorum,* Ae. 11.
Ec. 4. *Ac ſimul Heroum magnum, & memorabile nomen* Ae. 4.
Ae. 6. *Dicam? ſi prima repetens ab origine pergam,* Ae. 1.
Ae. 1. *Ante diem clauſo componet veſper Olympo.*
Ec. 9. *Sed tamen iſta ſatis, & quod nunc inſtat agamus,* Ec. 9.
Ae. 4. *Nos iam coniugium laeto celebremus honore.* Ae. 5.
Ae. 12. *Illa autem breuiter vultum demiſſa profatur:* Ae. 1.
Ae. 12. *Do quod vis, me mens haec limina tendere adegit:* Ae. 6.
Ae. 11. *Nil moror, en venio, thalamos nec deſero pactos.* Ae. 10.

Ae. 11. *Nil moror, en venio, thalamos nec deſero pactos,* Ae. 10.
Ae. 2. *Alme Parẽs, quia nota mihi tua magna voluntas.* Ae. 12.
Ae. 1. *Interea ad templum famae melioris amantes* Ae. 4. Nicolaus, & Iſabella.
Ae. 12. *Procedunt magna medij comitante caterua.* Ae. 5.
Ae. 7. *Veſtibulo aſtabat longa cum veſte Sacerdos,* Ae. 6.
Ae. 4. *Terque, quaterque manu ramo felicis oliuae* Ae. 6.
Ae. 4. *Intrantes muros pura circumtulit vnda:* Ae. 6. Luſtrali aqua.
Ae. 6. *Spargens rore leui. tum facta ſilentia tectis.* Ae. 1.
Ae. 12. *Conſpectu in medio procerum tum ritè Sacerdos* Ae. 12.
Ae. 7. *Indutus chlamydem auratam, quam plurima circum* Ae. 5.
Ae. 5. *Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit;*
Ae. 8. *Dona laboratae Cereris, caeleſtia dona,* Ge. 4. Sacrum facit
Ae. 3. *Sanguinis & ſacri pateras libauit ad aras,* Ae. 7. ſacerdos.
Ae. 1. *Aeterni Regis corpus mirabile nati.* Ec. 5.

Aeterni

Digitized by Google

Chriſti D.N. corpus.	Ae. 1.	Aeterni Regis corpus mirabile Nati	Ec. 5.
	Ae. 7.	(Qui venit generis lapſi ſarcire ruinas,	Ge. 4.
	Ae. 12.	Altè ſublatus qui ſummo in vertice montis	Ae. 11.
	Ae. 9.	Transfoſſus ligno moriens animam abſtulit hoſti,	Ae. 9.
	Ge. 3.	Omne genus terris hominumque à morte redemit)	Ae. 6.
	Ae. 4.	Ipſe tenens dextra puraque in veſte Sacerdos	Ae. 12.
	Ae. 5.	Libauitque dapes, dixitque nouiſſima verba.	Ae. 6.
	Ae. 1.	Sed quoque Principibus ſponſis haec dona Sacerdos,	Ae. 7.
	Ae. 8.	Has ex more dapes, hunc tanti numinis Orbem	Ae. 7.
	Ae. 7.	Fatalis Cruſti, monimentum, & pignus amoris,	Ae. 5.
	Ec. 8.	Ipſe dedit manibuſque pijs altaria iuxta.	Ae. 4.
	Ae. 8.	Ex illo celebratus honos, laetique hymenaei:	Ge. 4.
	Ae. 8.	Congreſſi iungunt dextras, & foedera Amantes.	Ae. 4.
	Ae. 9.	Attutum ingenti ſonuerunt omnia plauſu.	Ae. 5.

	Ae. 9.	Attutum ingenti ſonuerunt omnia plauſu	Ae. 5.
	Ae. 10.	Facta virûm, miſtoque ingens exorta tumultu	Ae. 3.
	Ae. 3.	Laetitia, & pulſi colles clamore reſultant,	Ae. 5.
	Ae. 12.	Et Pater omnipotens caeli è regione ſerena	Ae. 8.
	Ae. 2.	Intonuit laeuum, & nutu tremefecit Olympum.	Ae. 10.
	Ae. 2.	Ecce autem Heſperidum fluuius regnator aquarum	Ae. 8.
Tybridis vaticiniũ de Nicolai ſobole.	Ae. 8.	Caeruleus Tybris, caelo gratiſſimus, inter	Ae. 11.
	Ae. 10.	Populeas frondes, virides & arundine ripas,	Ec. 7.
	Ae. 11.	Surgit. eum tenuis glauco velabat amictu	Ae. 8.
	Ae. 8.	Carbaſus, & crines roſeos fluuialis arundo.	Ge. 2.
	Ae. 2.	Tum ſic affari: laetas aduertite mentes,	Ae. 5.
	Ae. 3.	Audite ò Italiae proceres, Romanaque tellus,	Ae. 4.
	Ae. 5.	Ore fauete omnes, atque haec mea figite dicta.	Ae. 3.
	Ae. 5.	Expectata dies longo poſt tempore venit.	Ec. 1.

Expectata

Ae. 5.	Expectata dies longo poſt tempore venit,	Ec. 1.
Ae. 4.	Optata & prima creſcentis origine mundi.	Ge. 2.
Ge. 2.	Salue magna Iouis proles, decus addite diuis.	Ae. 8.
Ae. 11.	O praeſtans animi Iuuenis, tibi ducitur vxor.	Ec. 8.
Ec. 8.	Sparge marite nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam.	
Ec. 8.	O digno coniuncta viro Iouis altera proles,	Ae. 12.
Ec. 6.	Floridus Aſſyrio ſternatur lectulus oſtro,	Cir.
Ae. 2.	Coniugiūque, domumque, patres, lectumque iugalē	Ae. 4.
Cir.	Concordes ſtabili firmarunt numine Parcae.	
Ec. 7.	Nymphae, noſter amor, Libethrides, agmine facto	Ae. 1.
Cir.	Gaudete ô celeres; venit iam carminis aetas:	Ec. 4.
Ec. 4.	Magnus ab integro ſaeclorum vertitur ordo.	Ae. 3.
Ec. 4.	Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia ſaecla:	Ge. 1.
Ec. 4.	Iam noua Progenies caelo deſcendit ab alto.	Ae. 8.

Ec. 4.	Iam noua Progenies caelo deſcendit ab alto,	Ae. 8.
Ae. 10.	Progenies, totum quae viribus occupet orbem.	Ae. 7.
Ec. 6.	Qua duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,	Ec. 4.
Ec. 2.	Perdita perpetua ſoluent formidine terras.	Ec. 4.
Ec. 8	Iungentur iam gryphes equis, aeuoque futuro	Ec. 7.
Ec. 8	Cum canibus timidi venient ad pocula damae.	
Ae. 1.	Saeuus oues vltro fugiet lupus: aurea durae	Ec. 8.
Ec. 8.	Mala ferent quercus, feret & rubus aſper amomū;	Ec. 3.
Ec. 7.	Fraxinus in ſyluis ſudabit roſcida mella,	Ec. 4.
Ec. 8.	Hirſutiſque rubens pendebit ſentibus vua.	Ec. 4.
Ec. 4.	Iam noua Progenies caelo deſcendit ab alto,	Ae. 8.
Ae. 10.	Progenies, totum quae viribus occupet orbem.	Ae. 7.
Ge. 1.	Liber, & alma Ceres ſocia ſimul vrbe fruentur,	Ae. 3.
Ec. 6.	Candida nec magnos metuent armenta leones,	Ec. 4.

Ec. 6. Candida nec magnos metuent armenta leones		*Ec. 4.*
Ae. 6. Huius in aduentu: flammis armata Chimaera,		*Ae. 6.*
Ae. 6. Gorgones, Harpyiae, ſciſſa Diſcordia palla,		*Ae. 8.*
Ae. 6. Multaque praeterea variarum monſtra ferarum,		
Ae. 4. Diffugient, penituſque datis referentur habenis.		*Ae. 11.*
Ec. 4. Iam noua Progenies caelo deſcendit ab alto,		*Ae. 8.*
Ae. 10. Progenies, totum quae viribus occupet orbem.		*Ae. 7.*
Ge. 4. Huius erunt artes, pacique imponere morem,		*Ae. 6.*
Ae. 6. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,		
Ae. 7. Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem.		
Ec. 5. Haec coniuratos caelum reſcindere fratres,	Hæreticos falſos fratres.	*Ge. 1.*
Ae. 3. Aetnaeos fratres ſpirantes naribus ignem		*Ge. 2.*
Ae. 3. Inferni, expletos dapibus, vinoque ſepultos,		*Ae. 3.*
Ge. 3. Vulneribus crebris Stygias detrudet ad vndas.		*Ae. 7.*

Ge. 3. Vulneribus crebris Stygias detrudet ad vndas		*Ae. 7.*
Ae. 1. Eoas acies, & nigri Memnonis arma,		
Ae. 8. Aegyptum, viresque Orientis, Caſpia regna,		*Ae. 6.*
Ae. 1. Seruitio premet, & victis dominabitur Argis.		
Ec. 4. Iam noua Progenies caelo deſcendit ab alto,		*Ae. 8.*
Ae. 10. Progenies, totum quae uiribus occupet orbem.		*Ae. 7.*
Ec. 5. Haec eadem exultans Lunatis agmina peltis,		*Ae. 11.*
Ae. 2. Regnatorem Aſiae, ſpoliis Orientis onuſtum,	Turcarum Tyrannum.	*Ae. 1.*
Ge. 3. Tollentemque minas, & multa caede cruentum:		*Ae. 1.*
Ae. 12. Deſertorem Aſiae, ſedes, ſummaſque minantem		*Ae. 12.*
Ae. 12. Deiecturum arces Italûm, excidioque daturum		
Ae. 6. Romanoſque Patres, atque altae moenia Romae,		*Ae. 1.*
Ae. 8. Victor ab Aurorae populis, & littore rubro		
Ae. 8. Sternet, vaſtabit, victor ditione tenebit.		*Ae. 1.*

Sternet,

Digitized by Google

257

Ae. 8. Sternet, vaſtabit, uictor ditione tenebit — Ae. 1.
Ae. 1. Ductores ipſos, quos Africa terra triumphis — Ae. 4.
Ae. 4. Diues alit: ſternet Poenos, Gallumque rebellem — Ae. 6. Caluiniſtas
Ae. 3. Effigies ſacras diuûm, rituſque ſacrorum, — Ae. 12.
Ae 12. Tollentemque domos, & relligioſa deorum — Ae. 2. Lutheranos.
Ae. 2. Limina rumpentem ſaxo fundata vetuſto; — Ae. 8.
Ae. 1. Contundet, moreſque viris, & moenia ponet.
Ec. 4. Iam noua Progenies caelo deſcendit ab alto, — Ae. 8.
Ae. 10. Progenies, totum quae viribus occupet orbem. — Ae. 7.
Ae. 7. Haec illa eſt, tibi quam promitti ſaepius audis, — Ae. 6.
Ae. 9. Fertilis Auſoniae rerum pulcherima Roma: — Ge. 2.
Ec. 10. Omnem quae grauidam imperijs, belloque fremẽtem — Ae. 4.
Ae. 4. Italiam regeret, genus alto à ſanguine diuûm, — Ae. 2.
Ae. 6. Progenies magnum caeli ventura ſub axem.

Ae. 6. Progenies magnum caeli ventura ſub axem.
Ge. 4. Haec, quae oẽm Heſperiã penitus ſua ſub iuga mittet, — Ae. 8.
Ae. 1. Iura dabit, leges diuûm genus: aurea condet — Ae. 6.
Ec. 3. Tempora quae rurſus Latio, regnata per arua — Ae. 6.
Ae. 6. Saturno quondam: monitu, imperioque deorum — Ae. 4.
Ae. 6. Proferet imperium ſuper & Garamantas, & Indos, — Ae. 6.
Ge. 2. Atque triumphata Capitolia ad alta Corintho — Ae. 6.
Ae. 6. Victor aget currum, pietate inſignis, & armis — Ae. 6.
Ec. 4. Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.
Ae. 8. Dixit, deinde lacu fluuius ſe condidit imo, — Ae. 6.
Ae. 2. Littora nota petens immani corpore Tybris. — Ae. 8.
Ae. 11. Hos inter motus, media inter talia verba, — Ae. 12.
Ge. 2. Antiquaſque domos, ſpacia in ſua quiſque receſſit. — Ae. 5.
Ae. 9. Ibant & ſponſi iuuenum ſtipante caterua. — Ae. 1.

Digitized by Google

Ae. 9. Ibant & ſponſi iuvenum ſtipante caterva Ae. 1.
Ae. 4. Gaudentes, varioque viam ſermone levabant. Ae. 8.
Ge. 4. Tecta petunt, quae nunc Romana potentia caelo Ae. 8.
Ae. 8. Aequavit: domus intus, & atria longa pateſcunt. Ae. 2.
Ge. 4. Poſtquam eſt ad patriae perventum limina ſedis, Ae. 2.
Ae. 2. Limina tectorum regali ſplendida luxu. Ae. 1.
Conuiuij apparatus. Ae. 1. Quinquaginta intus famuli conuiuia curant; Ge. 1.
Ae. 1. Centum alij, totidemque pares aetate miniſtri. Ae. 1.
Ae. 9. Diſcurrunt, variantque vices, menſaſque reponunt Ge. 4.
Ae. 3. Aulai in medio, vivoque ſedilia ſaxo. Ae. 1.
Ae. 3. Diſponunt, tonſiſque ferunt mantilia villis. Ge. 4.
Ae. 1. Ingens argentum menſis, Cereremque caniſtris, Ae. 1.
Ae. 1. Crateras ſtatuunt: portis bipatentibus adſunt. Ae. 2.
Ae. 3. Delecti proceres oſtroque, auroque decori. Ae. 12.

Ae. 3. Delecti proceres oſtroque, auroque decori. Ae. 12.
Ae. 9. Conveniunt; manibus liquidos dant ordine fontes Ge. 4.
Ae. 8. Tum iuvenes: ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro. Ae. 1.
Ge. 4. Pars epulis onerant menſas, Bacchumq; miniſtrant: Ae. 8.
Ae. 8. Viſcera toſta ferunt alij, fumantia & exta; Ge. 2.
Ae. 8. Altivum, pecudumque genus, pinguiſque ferinae; Ae. 1.
Ec. 3. Et maris immenſi prolem, & genus omne natantũ; Ge. 3.
Ge. 3. Ac multo in primis hilarant convivia Baccho. Ec. 5.
Ae. 1. Fit ſtrepitus tectis, ferit aurea ſydera clamor. Ae. 2.
Ge. 4. Saepe etiam inſtaurant epulas, atque omine magno Ae. 7.
Ae. 9. Crateras laeti ſtatuunt, & vina coronant.
Ae. 1. Poſtquam prima quies epulis ante ora paratis, Ae. 6.
Ae. 1. Regales inter menſas, laticemque Lyaeum,
Ae. 11. Munera portantur menſis accepta ſecundis. Ge. 2.

Munera

Ae. 11.	*Munera portantur menſis accepta ſecundis,*	Ge. 2.
Ge. 1.	*Arborei fœtus; veniunt felicius vuae;*	Ge. 1.
Ec. 1.	*Caſtaneae molles, & pinguis caſeus vrbis*	Ec. 1.
Ec. 10.	*Ipſe Placentinae: ſed tandem tempore capto*	Ae. 11.
Ae. 11.	*Ante oculos, interque manus ſunt omnia dona,*	Ec. 5.
Ae. 1.	*Munera, laetitiae, quae menſae accepta ſecundae.*	Ae. 8.
Ae. 1.	*Poſtquam exēpta fames epulis, menſaeque remotae,*	
Ae. 8.	*Conſurgunt proceres. cithara crinitus Iopas*	Ae. 1.
Ae. 1.	*Perſonat aurata, docuit quae Phoebus Ibero*	Ae. 11.
Ge. 4	*Carmine (transformat qui ſe in miracula rerum,*	Ge. 4.
Ae. 11.	*Haud Ligurum extremus, dictus mirabile Monſtrũ)*	Ae. 2.
Ec. 5.	*Dumque eadem digitis, & pectine pulſat eburno*	Ae. 6.
Ae. 3.	*Omnibus idem animus eſt indulgere choreis.*	Ae. 9.
Ae. 6.	*Corripiunt ſpacium medium matreſque, viriqúe,*	Ae. 2.

Fr. Nicolaus Ricardus Genuenſis (mõſtrum appellatus) ibero carmine ſcripſit Nuptialia Nicolai & Iſabellæ.

Ae. 6.	*Corripiunt ſpacium medium matreſque, viriqúe,*	Ae. 2.
Ae. 5.	*Agmine partito fulgent. dat tibia cantum.*	Ae. 9.
Ae. 6.	*Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicũt:*	
Ec. 5.	*Saltantes ludit Satyros imitata iuuentus.*	Ge. 4.
Ae. 8.	*Deuexo interea propior fit veſper olympo;*	
Ae. 2.	*Incenſi pendent lychni laquearibus aureis.*	Ae. 1.
Ae. 8.	*Hic iuuenum chorus, ille ſenum cantare periti*	Ec. 10.
Ae. 7.	*Aethera mulcebant cantu, ſonitu, aere canoro.*	Ae. 9.
Ae. 12.	*Has inter ſpecies animorum, & pectore motus,*	Ge. 1.
Ae. 9.	*Princeps haud vnquam magnorum indignus auorum,*	Ae. 12.
Ae. 6.	*Egregia & Coniux penetrali in ſede ſub auras,*	Ae. 4.
Ae. 8.	*Stabant, & multa inter ſe ſermone ferebant.*	Ae. 6.
Ae. 1.	*Cum ſubitò noua lux oculis effulſit, & ingens*	Ae. 9.
Ae. 6.	*Ipſa ſub ora virũm viſus tranſcurrere nimbus,*	Ae. 9.

Ipſa

	Ae. 6.	Ipſa ſub ora virûm viſus tranſcurrere nimbus,	Ae. 9.
	Ae. 11.	Fulgebatque alta decurrens aureus aula.	Ae. 4.
Nicolai, & Iſabellæ.	Ae. 2.	Vt tandem ante oculos, atque ora euaſit amantum	Ae. 4.
	Ae. 1.	Sciſdit ſe nubes, claraque in luce refulſit	Ae. 1.
	Ae. 3.	Ignoti noua forma viri, cui plurima mento,	Ae. 6.
	Ae. 5.	Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus:	
	Ae. 10.	Frons hominem praefert, quem det Parnaſſia rupes	Ec. 6.
	Ae. 4.	Hic Hymenaeus erat, cui vincla iugalia curae.	Ae. 4.
	Ge. 3.	Ipſe caput tonſae folijs ornatus oliuae,	
	Ae. 9.	Ardentem tedam manibus, vinclumque tenebat.	Ge. 4.
	Ae. 6.	Circumſtant Animae dextra, laeuaque deorum:	Ge. 1.
	Ae. 9.	Hic Mars armipotens bello; Tritonia Virgo;	Ae. 11.
	Ae. 7.	Et Bellona manet, proles pulcherrima bello:	Ae. 7.
	Ae. 6.	Quique pij Vates, & Phoebo digna tulerunt.	Ge. 2.

	Ae. 6.	Quique pij Vates, & Phoebo digna tulerunt;	Ge. 2.
	Ae. 9.	Diuerſis adſunt euincti tempora ramis.	Ae. 8.
	Ae. 11.	Primus adeſt cinctus viridanti tempora lauro;	Ae. 5.
Homerus.	Ae. 4.	Moeonia mentum mitra, crinemque poeta,	Ec. 5.
	Cir.	Quem Colophoniaco dicunt à ſanguine cretum:	Ae. 4.
Virgilius.	Ae. 2.	Stat, qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,	Ae. 5.
	Ae. 6.	Egregius noſtri princeps, & carminis author,	Culic.
	Ae. 10.	Quem genuit, multaque inſignem reddidit arte,	Ae. 5.
	Ae. 10.	Mantua diues auis, & Tuſci filius amnis:	Ae. 10.
	Ae. 10.	Stant lectae circum dulces ante omnia Muſae,	Ge. 2.
	Ec. 10.	Omnes florentes aequali corpore Nymphae,	Cir.
	Ae. 1.	Ora, humeroſque deo ſimiles, nam Iuppiter auream	Ae. 10.
	Ae. 12.	Caeſariem, & laetos oculis adflarat honores.	Ae. 1.
	Ge. 4.	Obſtupuere omnes, intentique ora tenebant.	Ae. 2.

Obſtu-

Digitized by Google

Ge.	4. Obſtupuere omnes, intentique ora tenebant,	Ae. 2.	
Ae.	1. Laetitiaque, metuque auidi cognoſcere diuos	Ec. 1.	
Ae.	1. Ardebant, ſed res animos incognita turbat.		
Ec.	8. Dum ſonus auditur grauior, tractimque ſuſurrant,	Ge. 4.	
Ae.	1. Africus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter,	Ge. 4.	
Ae.	5. Tum Senior tales effudit pectore voces:	Ae. 5.	Hymenęus.
Ae.	6. Magnanimi Heroes, Itala virtute propago,	Ae. 12.	
Ae.	1. Quos pater ipſe deûm ſceptri donauit honore	Cir.	Alludit ad
Ae.	4. Ductores alios inter: ſaluete recepti	Ae. 5.	Principatũ.
Cir.	Purpureos inter ſoles, & candida caeli	Ge. 2	
Cir.	Sydera, caeruleis orbem pulſantia ſignis,		
Ae.	4. Regnator, caelum, & terras qui numine complet,	Ae. 9.	
Ae.	5. Vobis ipſe deûm me claro mittit Olympo,	Ae. 4.	
Ae.	4. Ipſe haec ferre iubet pacti mandata hymenaei,	Ae. 4.	

Ae.	4. Ipſe haec ferre iubet pacti mandata hymenaei,	Ae. 4.
Ae.	10. Omnipotens genitor, rerum cui ſumma poteſtas;	Ae. 10.
Ae.	4. Quin potius pacem aeternam. Caeleſtibus aris	Ae. 1.
Ae.	5. Acceptae hae tedae pingues, hic plurimus ignis	Ec. 7.
Ae.	10. Amborum inſomnis ſeruet noctesque, dieſque,	Ae. 6.
Ae.	7. Accendatque animos; aeſtus, incendia voluat:	Ae. 2.
Ge.	2. Caſta pudicitiam ſeruet mens conſcia recti:	Ae. 1.
Ge.	3. Sit ſecura quies, & neſcia fallere vita:	Ge. 2.
Ae.	6. Concordes animae nunc, & dum vita manebit:	Ae. 6.
Ge.	4. Haudquaquam increſcant animis diſcordibus irae.	Ae. 9.
Ae.	9. Nulla dies vnquam nodos, & vincula rumpat,	Ae. 5.
Ge.	3. Non vlla inter vos pacem hanc, & foedera rumpat.	Ae. 12.
Ae.	1. O fortunati, quorum iam è ſanguine ſurgit	Ae. 12.
Ae.	8. Gens bello praeclara, deûm certiſſima proles!	Ae. 6.

Gens

Digitized by Google

Ae.	8. Gens bello praeclara deûm certiſſima proles	Ae. 6.
Ae.	10. Naſcitur, & laeuo contriſtat lumine Auernum.	Ae. 6.
Ae.	6. Qui Iuuenes! quantas oſtentant corpore vires!	Ae. 5.
Ae.	2. Cerno rapta manu diuerſo ex hoſte trophaea,	Ge. 3.
Ae.	1. Scuta virûm, galeaſque, ereptaq; roſtra carinis,	Ae. 7.
Ae.	11. Telaque trunca virûm, currus, curuaſq; ſecures.	Ae. 7.
Ae.	11. Armipotens belli praeſes Tritonia Pallas;	Ae. 2.
Ae.	12. Sanguineus Mauors clypeo; Bellona flagello,	Ae. 8.
Ae.	9. Concedit laudem, & famam felicibus armis:	Ae. 7.
Ec.	4. Cedit & ipſe maris rector Neptunus in vndis.	Ae. 7.
Ec.	4 Sicelides Muſae, Vates vi denique multa	Ge. 4.
Ae.	7. Nomen in aſtra ferunt magna de ſtirpe nepotum,	Ae. 6.
Ae.	11. Factaque, fortunaſq; virûm, moreſque, manuſque.	Ae. 6.
Ec.	8. Naſcere cara Iouis ſoboles, Iouis incrementum.	Cir.

Ec.	8. Naſcere cara Iouis ſoboles, Iouis incrementum,	Cir.
Ae.	6. Imperium terris (nouit nanque omnia vates)	Ge. 4.
Ae.	4. Axem humero torquens, animos aequabit Olympo.	Ae. 6.
Ae.	3. Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis,	
Ae.	7. Omnia ſub pedibus, qua ſol vtrumque recurrens	
Ae.	5. Reſpicit Oceanum, vertique, regique videbunt.	Ae. 7.
Ae.	2. Sic fatus Senior, ſociis, ſacraque caterua	Ae. 11.
Ae.	9. Mortales medio aſpectu ſermone reliquit,	
Ge.	1. Ac procul in tenuem ex oculis euanuit auram.	Ae. 4.
Ae.	1. His animi arrecti dictis iuuenumque, ſenumq;	Ae. 9.
Ge.	2. Principibus varia conſiſi & imagine rerum	Ae. 12.
Ae.	5. Gratantur, laeti tantarum in munere laudum	Ae. 8.
Ae.	2. Numina conclamant. at iam nox humida caelo	Ae. 2.
Ae.	12. Diſcurrit tacitae per amica ſilentia Lunae.	Ae. 2.

Diſcurrit

252

Ae. 12. Diſcurrit tacitae per amica ſilentia Lunae	*Ae.* 2.
Ae. 4. Nox terris, ſuadentque cadentia ſydera ſomnos.	*Ae.* 2.
Ec. 5. Sed Cytherea nouas artes, noua pectore verſat	*Ae.* 1.
Ae. 1. Conſilia, & magno curarum fluctuat aeſtu.	*Ae.* 8.
Ae. 1. Agnoſcit quae ſint iuuenili in corpore vires,	*Ae.* 5.
Ge. 4. Aetatem; atque animũ nunc huc, nunc diuidit illuc,	*Ae.* 8.
Ae. 8. In parteſque rapit varias, perque omnia vertit.	*Ae.* 1.
Ae. 6. Tandem his aligerum dictis affatur Amorem:	*Ae.* 1.
Ae. 1. Nate, meae vires, mea magna potentia, LVDO	*Ae.* 5.
Ae. 6. Progeniem magnam longo poſt tempore VISAM	*Ae.* 6.
Ae. 12. Deberi caelo ſcis ipſe, & ſcire fateris;	*Ae.* 12.
Ae. 11. Egregias animas factiſque ad ſydera tolli:	*Ae.* 12.
Ae. 12. At Iuuenem, à quo ſtirps eſt, & genus omne futurũ,	*Ae.* 4. Nicolaum.
Ec. 6. Non vlla accendit tantarum gloria rerum.	*Ae.* 4.

Ec. 6. Non vlla accendit tantarum gloria rerum	*Ae.* 4.
Ae. 6. Egregium forma Iuuenem? hic, immobile ſaxum,	*Ae.* 9.
Ae. 11. Moenibus in patrijs murorum, in parte ſiniſtra	*Ae.* 9.
Ae. 12. Coniugis attonitus ſedet? aeternùmque ſedebit?	*Ae.* 6.
Ge. 2. Atque, velut pelagi rupes immota, reſiſtit?	*Ae.* 7.
Ae. 4. Nec dulces natos, genus inſuperabile bello,	*Ae.* 4.
Ae. 6. Educit? fatiſque datas non reſpicit vrbes?	*Ae.* 4.
Ae. 4. Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem?	
Ae. 9. Rumpe moras omnes; fixum, immotumq; ſedentem	*Ae.* 4.
Ae. 10. Sollicita, & vino tenta praeuertere amore.	*Ae.* 1.
Ae. 1. Paret Amor dictis carae genitricis. Amantum	*Ge.* 4. Nicolai, &
Ae. 4. Interiora domus irrumpit limina diuũm:	*Ge.* 4. Iſabellae.
Ae. 1. Per medios ſeptus nebula (mirabile dictu)	*Ae.* 1.
Ae. 4. Infert ſe, miſcetque viris, neque cernitur ulli.	*Ae.* 1.

Ae. 4. *Inſert ſe, miſcetque viris, neq; cernitur vlli* — Ae. 1.
Ae. 7. *Egregium Veneris genus, & rex caecus amorum.* — Ae. 1.
Nicolao. Ge. 3. *Qui Iuueni magno fidam ſic fatur ad aurem:* — Ae. 5.
Ae. 12. *Quae iam finis erit? quae denique cauſa morandi* — Ae. 4.
Ae. 2. *Aedibus in medijs, ceu ſtat Marpeſia cautes,* — Ae. 6.
Ae. 7. *Vt pelagi rupes, vaſtum quae prodit in aequor?* — Ae. 10.
Ae. 4. *En quid ages? placitone etiam pugnabis amori?* — Ae. 4.
Ae. 2. *Nec dulces natos, exoptatoſque nepotes,* — Ec. 9.
Ae. 4. *Quos regno Heſperiae fraudas, educere certas?* — Ae. 6.
Ae. 12. *Quid ſtruis? heu regni, rerumq; oblite tuarum!* — Ae. 4.
Ae. 4. *His dictis ſermonem abrumpit, & arte magiſtra* — Ae. 12.
Ge. 4. *Magnanimùm Heroum famae venientis amore* — Ae. 6.
Ae. 4. *Incenditque animos, famamque, & facta nepotum* — Ae. 8.
Ae. 11. *Sollicitat, ſuadet placidam per membra quietem.* — Ae. 1.

Ae. 11. *Sollicitat, ſuadet placidam per membra quietem.* — Ae. 1.
Ec. 10. *Omnia vincit Amor: quid enim non vinceret ille* — Cir.
Ae. 9. *Armatus ferro, ignipotens, deus, ipſe Parenti* — Ae. 12.
Ae. 6. *Crudelis natus, Poenos domitare leones* — Cir.
Ec. 3. *Qui validas docuit vires manſueſcere tigres?* — Cir.
Ge. 3. *Illos ducit Amor; lucent genialibus altis* — Ae. 6.
Ae. 6. *Aurea fulcra toris; diuinum inſpirat amorem.* — Ae. 8.
Ae. 8. *Sermonum memor, & promiſſi muneris Heros,*
Ge. 2. *Ipſaque laeta dolis, & formae conſcia Coniux,* — Ae. 8.
Ae. 6. *Regifico luxu iuxta thalamumque paratum* — Ae. 7.
Ge. 2. *Ingreſſi iungunt dextras, medijſque reſidunt* — Ae. 8.
Ec. 7. *Stratis, & licito tandem ſermone fruuntur.* — Ae. 8.
Ae. 9. *Fortunati ambo! dij veſtra incoepta ſecundent,* — Ae. 7.
Ec. 2. *Et vos omnipotens ter caelo clarus ab alto.* — Ae. 7.

Et vos

Ec. 2. Et vos omnipotens ter caelo clarus ab alto — *Ae. 7.*
Ae. 5. Muneribus cumulet magnis: aeuoque ſequenti — *Ec. 8.*
Ge. 3. Stet fortuna domus, & aui numerentur auorum; — *Ge. 4.*
Ge. 2. Aeternùm vt poſitis miteſcant ſaecula bellis — *Ae. 1.*
Ge. 3. Aſpera, venturo laetentur & omnia ſaeclo. — *Ec. 4.*
Ae. 3. Viuite felices; ſi quid mea carmina poſſunt, — *Ae. 9.*
Ae. 9. Nulla dies vnquam memori vos eximet aeuo.
Ae. 6. Illuſtres Animae, famae pars maxima noſtrae, — *Ge. 2*
Ge. 2. Verſibus incomptis luſi modulante Thalia — *Culic.*
Ae. 10. Fatidicae Mantus: tardis vbi flexibus errat — *Ge. 3.*
Ge. 1. Fluuiorum rex Eridanus, Placidaeque paludis: — *Ae. 8.*
Ec. 2. Iam gracilem molli liceat pede claudere verſum. — *Cir.*
Ae. 8. Interea quando non omnia poſſumus omnes, — *Ec. 8.*
Ae. 7. Pandite nunc Helicona, Deae, cantuſq; mouete.

FINIS.

De iiſdem PRINCIPIBVS. ORACVLA NVMERICA.

I.

73 49. 31 49. 53. 53. 60.
Felſinei lux clara ſoli, ſpes maxima, ſancti — 368

149 61 84 23 66 90
Pontificiſque Nepos NICOLAVS, et optima Princeps, — 473

46 94 53 41 36 72 21 42
Quam VENVSINA colit gens; celſa Martis in vrbe — 405

83 51 66 117 21 38
Connubio tandem ſtabili iungentur in anno — 376

1622.

Digitized by Google

II.

60 47 24 66 37 50 112 61

Quis neget hoc mirum? vt Rheni gemmantibus vndis 457

80 94 79 112 56

Auſonij VENVSINA potens, pulcherrima terra 421

78 94 78 57 88

Perfuſa optatos foetus educere poſſit, 395

83 35 5 77 90 21 38

Romanum laeta ad Tybrim contendet in anno 349

1622

III. Ex Virgilio.

13 100 42 90 95 45 42

Ae. 12 O præſtans animi Iuuenis, quantum ipſe decora Ae. 5.

104 97 62 23 61 67

Ae. 12. Virtute exuperas, tanto te dignor honore Ae. 1.

94 72 45 38 80 3 42

Ae. 6. Magnanimûm Heroum: Dauni tibi fertur ab vrbe Ae.10.

102 94 92 81 38

Ae. 11. Coniugium optatum, pulcrum fœliciter anno 1622 Culic.

IV.

88 13 40 28 59 95 101

Ae. 8. Romulidae ò quae dicam animis aduertite veſtris. Ae. 2.

23 72 90 23 85 78 75

Ae. 1. Alma VENVS Princeps, et noſtri carminis author Culic.

105 67 32 9 79 71

Culic. Paſtoris ſummi magna de ſtirpe Nepoti Ae.6.

34 69 81 76 3 92 34

Ae. 10. His dabitur terris primis ab menſibus anni 1622 Ge. 1.

Digitized by Google

De ijſdem Principibus.

ANAGRAMMA NVMERICVM.

Nicolaus Ludouiſius Gregorij X V. Nepos.	402.
Hic eſt magnanimus Venuſinorum Princeps.	402.
Inſignis Sponſus Venuſinae Principis.	402.
Venuſinorum Domina, ſceptroq; fruetur.	402.

Ite agite ò duris nimium ceruicibus Alpes,
Et vos imbriferis facta heu maria aſpera ab Auſtris;
Vertice vos rigido, tumidis vos fluctibus, alto
Bella mouete axi, Diuumque obſiſtite votis.
Annon vos docuit ſatis Oſſae impoſtus Olympus?
Non Aetna Encelado, Inarimeque impoſta Typhœo?
At quod ceſſerunt, rapidas ceu fumus in auras,
Nae ſapuere magis tetri ſaeua agmina Auerni,
Euentus mirata nouos. Connubia Fratris
En rata ſunt, LVDOVICE, tui; vis dira morari
Haud potuit, fauſtas aut interrumpere tedas.
Claſſis adeſt, BELLAMq; refert Mauortis ad arces
Poſt varia & terrae, & pelagi diſcrimina, ELISAM
Germani ſponſam thalamis, LVDOVICE, ſuperbis.
Scilicet haec caelo ſteterat ſententia, nemo
Quam violet, coeco aut damnet temerarius auſu.
Haec eſt, quae ſuperis erat obfirmata voluntas,
Quam nulli notam, atque aeterna mente latentem,
Per numeros noſci voluit, qui nomina fecit,
Et numeros ſtellis: en en quanam arte repoſta
Incluſit numeris magnarum pondera rerum
Omnipotens; en ſenſa, tui quae è nomine Fratris
Per numeros veluti noua quaedam oracula duxit.
Signatam ſponſam hic cernes, ſacroſque Hymenaeos;
Non vno hic cernes ſignatum carmine Fratrem.
Magnanimus Princeps Venuſinorum *inclytus* hic eſt;
Inſignis ſponſus Venuſinae Principis; *idem*
Hic Venuſinorum Domina, ſceptroq; fruetur.

Digitized by Google

Ad eundem

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. CARDINALEM.

NE tibi, Cardinalis Ampliſſime, in hoc poſtremo Libelli noſtri quaternione inanes vllae relinquerentur pagellae; pro coronide nouum cōmētum addere placuit per numerorum rationes è ſummi Pontificis Patrui tui nomine à me recens excogitatum: quod quemadmodum non omnino contemnendum videtur, niſi fallor, ita ſpero tuae Amplitudini minimè ingratum futurum. Nam quanquam nemini dubium eſſe poteſt, quin Sanctiſs. Patruus tuus verus ſit Petri Apoſtoli ſucceſſor, ac proinde S. Romanae Sedis caput, & Rex beatus, Regiſq; regum D.N.I. Vicarius: ſed tamen ſi etiam ad hoc probandū animi cauſa numeri conſulantur; quid aliud ex ijs eliciatur, quàm quod res ipſa eſſe perhibetur? Quiſnam verò hac noſtra aetate eſt verè,

	Rex beatus, caput S. Romanae Sedis?	286.
et	*Domini Noſtri Ieſu Vicarius?*	286.
certe	*Gregorius Quintus Decimus.*	286.

Is ſcilicet, qui totidem numeros feliciſſimè expleat, quot ex vnaquaq; ſuperiorum ſententiarum educuntur. Neque annus ipſe latere poterit, quo Sanctiſs. hic animarum Paſtor Pontificatu inito, Romanae Sedis caput, & in terris Ieſu Chriſti Vicarius renunciatus ſit. Numerales enim in his verbis:

reX beatVs, CapVt s. roManae ſeDIs;

et in his ēt DoMInI *noſtrI* IesV VICarIVs

litterae, eum fuiſſe, MDCXVVI, non obſcuris indicijs ſignificabunt. Quid verò numerales item in his tribus nominibus:

gregorIVs qVIntVs DeCIMVs,

ſibi volunt notae? Profectò, quando id rei à nemine adhuc obſeruatū video, cum ex virorum & ſanctiſſimorum, & ſapientiſſimorum ſenten-

tia,

tia, atq; auctoritate Millenarius numerus virtutum plenitudinem; Sex centeſimus verò fortes Eccleſiae operarios; Vicenarius doctores egregios ſignificet; Ternarius demum ſimulacri Dei hieroglyphicum habeatur; totum hunc numerum cò pertinere fatendum eſt, vt hunc ſupremum ſacrorum Antiſtitem plenum eſſe virtute; fortem Eccleſiae operarium; Doctorem egregium; verumq. Dei opt. max. ſimulacrum non dubiè indicet. Quae omnia, Cardinalis Illuſtriſs. quemadmodum ad Excellentiſs. Fratris tui nuptias cohoneſtandas, ſummiq; Pontificis Patrui tui ſanctitatem, quantùm tenuitas mea paſſa eſt, venerādam à me ſcripta, tuoq; ampliſſimo nomini inſcripta ſunt; ita vt pro nouo meae erga tuam Amplitudinem obſeruantiae arrhabone eſſe patiaris, te etiam, atque etiam rogo. Sic Deus tibi iſtam tam multis nominibus optabilem, ita expleat, ita ſuis numeris abſoluat felicitatem, vt ea nihil in terris maius, nihil ſublimius fuiſſe tum praeſentes, tum abſentes confiteri non inuiti cogātur.

NVMERORVM RATIO

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
n	o	p	q	r	ſ	t	u	x	y	z

Ego Fr. Io. Andreas de Como Lector primus in Conuentu S. Ioannis de Placentia vidi præſens opus, & nihil in eo reperi, quod ſit vel à catholica fide, vel à bonis moribus diſſonum, quinimmo miro artificio elaboratum comperi.

Ita eſt Ego Fr. Io. Andreas qui ſupra

Ego Fr. Honorius Parma Brixienſis lector moralis in Conuentu Sancti Io. Baptiſtæ in canalibus Placentiæ ord. Prædic. per legi Coronam hãc nuptialem de Nicolao Ludouiſio, & Iſabella Geſualda Veuuſiæ Principibus authore R. P. Fr. Io. Baptiſta Spadio Lectore Theologo eiuſdem Ord. Et quia nihil in ea inueni contra fidem, vel bonos mores, ſed potius eam ſpero maximae futuram eſſe delectationi, & vtilitati humaniorum literarum ſtudioſis, digniſſimam typis, & luce publica cenſeo.

Ita eſt Fr. Honorius Parma qui ſupra.

Imprimatur.

Fr. Claudius C. Inquiſ. Placentiæ.

Præpoſ. Boninus Vicar. Gener.

Vidit Præſes Magiſt.

PLACENTIAE.

Typis Alexandri Bazachi, Apud Iacobum Ardizzonum. M. DC. XXII.

FINE

BIBLIOTECA NAZ. ... EMANUELE

Digitized by Google